

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitruvii ... De architectura libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Titelblatt

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)

M. VITRUVII

VIRI SVAE PROFES-
SIONIS PERITISSIMI,

DE ARCHITECTURA

LIBRI DECEM, AD AVGV-
stum Cæsarem accuratiss.
conscripti:

NUNC PRIMVM IN GERMANIA QVA
potuit diligentia excusi, atq; hinc inde schema-
tibus non iniucundis exornati.

PER GVALTHERVM H. RYFF. ARGEN-
tinum, Medicum.

* ADIECIMVS ETIAM PROPTER
argumenti conformitatem,

SEXTI IVLII FRONTINI DE
AQVAE DVCTIBVS VRBIS ROMAE,
libellum. Item ex libro.

NICOLAI EVSANI CARDI
DE STATICIS EXPERIMEN-
tis, fragmentum.

Cum indice copiosissimo, & disposi-
tione longe meliori, quàm antea.

Cum gratia & priuilegio Cæsareæ
& Regiæ Maiest.

ARGENTORATI IN OFFICINA
Knoblochiana per Georgii Macheropicum
Expensis Christiani Egenolphi,
ANNO M. D. XLIII.



670
Orskar Albrecht

ak

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.

79 A 536 1 RH

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.



2V

CLARISSIMO ET OPTIMO

Viro D. Hieronymo Bomgartnero Sena-
tori Noribergensi. Gualtherus,
H. Ryff. Argent. Me-
dicus. S. D.



MAXIMUM in omni republica ha-
bere momentum, & communis salutis
interesse quā plurimū (uir clarissime)
ut literarum, bonarumq; artium studia,
quæ iam ruinam minantur, perpetuo
conseruentur, nemo inficias ire potest, quantū enim
hec mortalium rebus conseruandis, ad ferant emolu-
menti, neminem tam nullius esse iudicij existimaue-
rim, qui non uideat. Quare honestissimū & egregiū
eorum institutum semper putauī qui nil habent anti-
quiū: quam ut quacunque ualeant ratione, posterita-
ti consulant, uel noua promendo in lucem, ac noua
foetura complures iuuando, aut quod æquē ferē ma-
gnū est, uetera quæ ingeniorū foecunditas, ingen-
tium animorum perennes imagines post se reliquere
impressoribus tradendo. In qua re cū mire inter Do-
ctos sudatū sit, hactenus autem post alios huius cal-
culi multos, per quos res latina, & omnes deniq; libe-
raliores artes illustrari poterant, multarumq; rerum
cognitio nobis afferi. M. Vitruuij, de architectura
libri x. Eruditissimi (indignum) sepulti non sine gra-
ui (ut opinor) uariarum rerū studiosorum iactura, de-
litteruerunt. Quid enim prosit opus eruditū, uarium,
acutum. superinducto situ, in subobsuro desor-
descere, & prope deperire? nam etsi hi libri hucusq;
seruati sint, illud certe nullus uel mediocriter do-
ctus, qui saltem eos legerit, inficiari poterit, quin nōdē
usq; adeo deprauati atq; corrupti fuerint, ut eorum le-

* ij cto

Etio haecenus magis absterre quam inuitare lecto-
rem potuerit, parumq; firma, nec undique intellecta
extiterit. Et profecto cum hic Vitruuius noster tan-
tus talisq; autor & sit & habeatur, qualis utique &
quantus ab eruditissimis quoque censetur & iudica-
tur, quippe q; in his libris de architectura oppidò q̄
elegantè & pure scribens, tanto arificio uniuersam
ueterum architectandirationem tractauerit, ut du-
bium nō sit, quin non solū permultū cōmodi studio
sis: uerum etiā cum publicis tum priuatis ædificijs,
quibus res hominum tam publicæ quàm priuatae,
tuentur, ornanturq;, decus & ornamentum permaxi-
mum sit allaturus. Cum hæc disciplina, alioqui per
necessaria, multa priuatim & publicè proculdubio
longè utilia, & ad uitæ usum, iterum atque iterum
accōmodatissima (Videlicet, parietes, tecta, domos,
pistrina, uehîcula, pontes, naues, fana, delubra, mœ-
nia, turres, et omnis generis machinas, quæ omnia
& his plura, quæ non modicum uniuerso orbi com-
moditatem adferunt) nobis largiatur omnino indi-
gnum iudicauit ut hic autor qui hoc neutiquā meru-
isset, sic semper neglectus, nec dicam contemptus ia-
ceret, longa etiā num expectatiōe frustratus, adeo
ut iam penè deplorata spes mihi esset, futurum
unquam, ut eruditus aliquis hanc sibi prouinciā
sumeret, uidelicet qui Vitruuium adeo deprauatum
atq; corruptū suæ integritati restauraret, per neces-
sarijsq; figuris & typis siue schematibus ædificiorū,
earumq; partium, machinarum deniq; & aliarū re-
rum quorum in hisce x. de architectura Vitruuij li-
bris mentio fit, ornaret atq; illustraret, ipse tandē eā
aggressus magno quidem ausu, hos Vitruuij libros
mihi, castigandos, figurisq; illustrandos, ornandosq;
proposui. Cū alioqui uariarū rerum studio archite-
ctonicæ

etonica uero ac pictura, quantum prae seuerfor-
 ribus medicinae studijs licet, mirum in modum capi-
 ar ac delecter) summam diligentiam adhibendo quan-
 tum tamen illud mihi pro ingenij paruitate lice-
 ret, nihil temere in toto opere mutans, nisi palam
 corruptum, qualia multa librarij & ignorantia &
 incuria fuerunt admissa. Iam uero in hoc quantum
 demum praestiterim atque effecerim, in eo mihi
 candidus lector iudex esto. Caterum dispicienti
 acrius, & omnem (quod aiunt) lapidem mouenti, ut
 huic nostro labori aduersus nasutulos paratē patro-
 num, non ferē aptior te, aut excellentior occurrebat,
 uir enim es & doctrina multiplici & pietate praec-
 latus, qui unus ferē hac temporum infelicitate exulā-
 tes literas, tristescq; Camenas, pro uiribus, tueris, fo-
 ues, atq; promoues, ut uno ore omnes boni docti-
 que uiri, reipublicae quam prudentissimē admini-
 stras tuo nomine gratulentur, eamq; tibi plurimum
 debere iudicent. Beatam enim ciuitatem, quae sapien-
 tum consilijs recte gubernatur, doctissimorum anti-
 quorum sententia comprobatum esse, nemo est qui
 ambigat, cum felicem illam dixerint eius dominis
 aut philosophantibus, aut philosophis dominan-
 tibus: utpote, qui rationabili mentis intuitu inducti,
 quaeq; innoxiae probitati dissona fuerint, proficua
 sint an nocua perscrutari, solam ueritatis tutelam
 aucupati confoueat, cuius claritate subiectorum
 mētes lustratae de facili conquiescunt &c. Horum nu-
 mero atque cōsortio ascriptum te cognoscens qui &
 priuatorum negotiorum & publicorū magistratuū
 administratione quibus uiros ostendi iudicatum est,
 apud omnestuos ciues maximē tantę autoritatis ha-
 beris, ut eorum quoq; animos in te propense allexe-
 ris, singulari tua prudentia, eruditione multiplici,

* iij &

& in omnes incredibili humanitate atq; beneuolen-
tia quæ præcipue audacem me ad colendum te fa-
ciunt. Volui tãdem sub tui nominis fœlicis auspicio
atq; tutela, quo securius prodirent, hos de Archite-
ctura Vitruuij libros in publicum exire, sperans ti-
bi erudito uiro cui eam splēdescere scimus in animo
humanitatem, ut non tam muneris amplitudinē spe-
ctes quam egregiã contribuētis uoluntatē, hoc mu-
nus gratissimum fore. Huiusmodi ergo munuscu-
lum benigne suspicias, & si infra amplitudinis
tuæ fastigium esse iudicabis, cogites uelim,
multas gentes dijs lacte & mola, quãdo
que falsa, litare qui thura non habe-
ant. Quod superest Vivas
opto diu fœlix. Fran-
coforti ad Mœ-
num.